



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod cum peccatum sit pœna peccati, peccatum est ab homine: pœna à
Deo. F

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Aperte ostendit peccata quaedam esse penam peccati,
& penam ipsam iustam esse à Deo.* F

Quod autem quædam peccata pœnæ sint, & ipsa pœna iusta sit, & à Deo sit, euidenter tradit Aug. in li. retractation. i. dicēs quædam necessitate fieri ab homine quæ mala sunt, & eadem iusta pœna peccati sunt. Sunt, inquit, quædam necessitate facta improbabā, ubi homo vult rectè facere & nō pōt. Vnde & illud Apost. Nō quæ volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago. Et illud, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Hæc n. inuicē sibi aduersantur, ut nō ea quæ vultis faciatis, sed hæc omnia ex illa mortis dānatione sunt. Nam si non est ista pœna hominis sed natura, nulla ista peccata sunt. Si n. non receditur ab eo modo quo naturaliter factus est homo, cum hæc facit, ea utique facit quæ debet. Si autem homo, quia ita est, nō est bonus, nec habet in potestate ut sit bonus, siue non videndo qualis esse debeat, siue videndo & non valendo esse qualem se esse debere videt, pœnam istam esse quis dubitet? Omnis autem pœna si peccati pœna est, iusta est, & supplicium nominatur. Si autem iniusta est pœna, quoniam pœnā esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominante homini imposita est. Porro quia de omnipotentia Dei & iustitia dubitare dementis est, iusta est hæc pœna, & pro peccato aliquo impenditur. Non enim quisquam iniuste dominans aut surripere hominem potuit velut ignorantī Deo, aut extorquere inuito tanquam inualidiori, ut hominem iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo, ut hæc pœna iusta de dānatione hominis veniat. His atque aliis pluribus testimoniis docet, quædam esse peccata & pœnas peccati essentialiter.

*De quibusdam que sine dubio peccata sunt & pœna,
ut ira, inuidia.* G

Præterea nullatenus ambigendum est, quædam peccata

Cap. 9. & li.

de lib. arbitrio 3 ca.

17. in to. 6. 36

17. in to. 6. 36

Rom. 7. d

Et li. de natura & gratia ca. 17. in medio 10. 7.

Et li. de natura & gratia ca. 17. in medio 10. 7.

Et li. de natura & gratia ca. 17. in medio 10. 7.

Et li. de natura & gratia ca. 17. in medio 10. 7.

Gen. 2. d

Aug. ibidem

continuo

li. 3. de lib. arb. & ca. 18

li. 3. de lib. arb. & ca. 18